Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.
Wien, 1793 Seite 713
Quelle:
Copyright:

num apparuit in celo &c. *Vehementer quidem dilectissimi uir vnus et mulier una* &c. Post finem, quem habet in Edit. adtexta est nobis Peroratio incipiens: *Per te accessum habeamus ad filium* &c. quam in Edit. habes ad calcem *Sermonis II. de Adventu Domini col.* 723. Sequitur porro *Sermo bern. de aduentu domini.* Initium: *Hodie fratres in aduentu domini quem celebramus* &c. cui absque titulo statim nectitur alter: *Dignum est fratres ut tota cum deuotione* &c. Uterque Edit. *col.* 723. et 726. *Bern. in die palmarum.* Iterum duo Sermones connexi nullo titulo medio. Prior: *Non sine causa spiritum sponsi* &c. Alter: *Necesse est ut loquamur hodie breuius* &c. In Edit. *col.* 878. et 879. *Bern. de passione domini.* Initium: *Uigilate animo fratres ne infructuose* &c. *col.* 884. *In cena domini Sermo bernhar.* Initium: *Isti sunt dies quos obseruare debetis dies pleni pietate et gratia* &c. *col.* 890. Universim igitur *Codex* iste *Sermones Bernhardi* XIX. complectitur, qui non spernendam aliquando lectionem offerunt.

XIII. *fol.* 125. *Altricatio Augustini contra iudeos.* Incipit: *Uos inquam conuenio o iudei qui usque in hodiernum diem* &c. Spuria etiam *Cod.* CCXLIX. indicata.

XIV. *fol.* 126. p. 2. *Sermo leonis pape de trinitate.* Exordium: *Ad ecclesie filios instruendos addendum est* &c. Intellige *Tractatum adversus Errores Eutychetis*, ut extat Edit. *Venet. Opp.* 1748. p. 102. f. sed Periodus tertia nobis sic legitur: *Fiat ergo per corda omnium dispensatio omnium munerum diuinorum. et seruitutem oris nostri docti similiter indocti non spernant.*

XV. *fol.* 130. p. 2. *Sermo Johannis* (Chrysostomi) *episcopi de misericordia.* Initium: *Tria sunt que in misericordie opere optanda sunt christiano* &c. Finis: *quas non sperauit inueniat.* Non extat in Edit. *Maur. Opp.* graecolat. legitur tamen latinus in Edit. *Lugd.* 1687. T. V. p. 372. f.

XVI. *fol.* 132. *Sancti Augustini de penitentibus.* Initium: *Pius dominus ac misericors per prophetam nos hortatur ad penitentiam* &c. Finis: *et suscipit omnes ad se reuertentes. cui est honor et gloria* &c. E variis *Caesarii* Locis de Decimis, Eleemosyna, consideratione Mortis compilatus Sermo brevis.

XVII. *fol.* 133. *Sancti maximi episcopi de Letanijs.* Initium: *Legimus in propheta cum Nyniue ciuitati submersio* (subuersio) *diuinitus immineret* &c. Extat in *Bibl. PP. Lugd.* T. VI. p. 27. et cum *Opp. S. Leonis. Venet.* 1748. p. 199. f. In *Cod.* pro *crapulosis epulis* legitur *copiosis*, ubi rectius etiam *in propheta*, quam *in Prophetis*, quod habent Edita.

XVIII. *fol.* 133. p. 2. *Item sermo de letanijs.* Initium: *Quia dies letaniarum id est supplicationum annua reuolutione recolimus libet propter simpliciores vnde exordium sumpserint breuiter commemorare.* Deducto dein ab Apostolis